BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250

Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

nexu simul coherebunt. Ansulas quoque
iacinctinas in lateribus ac in sum
mitatibus facies cortinarum ut
possint invicem copulari. Quinqua
genas ansulas habebit in utraque
parte ita insertas ut ansa contra
ansam veniat, et altera alteri possit
coaptari. Facies et quinquaginta circu
los aureos quibus cortinarum vela
iungenda sunt, ut unum tabernaculum
fiat. Facies et saga cilicina xi. ad operi
endum tectum tabernaculi. Longitudo
sagi unius habebit cubitos xxx. et la
titudo quatuor. Equa erit mensura
sagorum omnium. E quibus quinque
iunges seorsum et vi. sibi mutuo co
pulabis, ita ut sextum sagum in fron
te tecti duplices. Facies et l. ansas
in hora sagi ~~altius~~ unius ut coniungi
cum altero queat, et l. ansas in hora
sagi alterius ut cum altero copuletur.
Quinquaginta fibulas eneas facies
quibus iungantur anse ut unum
ex omnibus operimentum fiat. Quod
autem superfuerit in sagis que parantur
tecto, id est unum sagum quod amplius
est, ex medietate eius operies posteri
ora tabernaculi, et cubitus ex una
parte dependebit, et alter ex altera, qui
plus est in sagorum longitudine, u
trumque latus tabernaculi protegens.
Facies et operimentum aliud tecto de
pellibus arietum rubricatis, et super hoc
rursum aliud operimentum de iacinc
tinis pellibus. Facies et tabulas stan
tes ante tabernaculum de lignis sethim
que singule denos cubitos in longi
tudine habeant, et in latitudine singu
los et semissem. In lateribus due in
castrature fient, quibus tabula alteri

tabule connectatur. Atque in hunc mo
dum cuncte tabule parabuntur. Quarum
xx. erunt in latere meridiano quod
vergit ad austrum. Quibus xl.
bases argenteas fundes, ut bine ba
ses singulis tabulis supponantur. In
latere quoque secundo tabernaculi quod
vergit ad aquilonem xx. tabule e
runt, xl. bases habentes argenteas. Bi
ne bases singulis tabulis supponentur.
Ad occidentalem vero plagam taber
naculi facies vi. tabulas, et rursum
alias duas que in angulis erigantur
post tergum tabernaculi. Eruntque con
iuncte a deorsum usque sursum, et una
omnes compago retinebit. Duabus
quoque tabulis que in angulis ponen
de sunt similis iunctura servabitur.
Et erunt simul tabule viii. Bases
earum argentee xvi. Duabus ba
sibus per unam tabulam supputatis.
Facies et vectes de lignis sethim v.
ad continendas tabulas in uno latere
tabernaculi testimonii, et quinque alios
in altero, et eiusdem numeri ad occi
dentalem plagam, qui mittentur per
medias tabulas a summo usque ad sum
mum. Ipsas quoque tabulas deaurabis, et
fundes in eis anulos aureos per quos
vectes tabulas contineant, quos oper
ies laminis aureis. Et eriges ta
bernaculum iuxta exemplar quod
tibi in monte monstratum est. Facies
et velum de iacincto et purpura cocco
que bistincto et bysso retorta, opere plu
mario et pulchra varietate contex
tum, quod appendes ante quatuor
columpnas de lignis sethim que ipse
quidem deaurate erunt, et habebunt
capita aurea, sed bases argenteas